

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De locis ac mirabilibus mundi, mit Register

[Nürnberg], 1486

Ca VII

[urn:nbn:de:bsz:31-129620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129620)

uunt. Scythie plures terre sunt locupletes inhabitabiles in plures. Na du in plerisque locis auro & gemmis affluant griffos immanitate accessus boim rarus est: & smaragdis in opima bec patria est: cineuf quoque lapis & crystallus purissimus scytie e. Habet & flumina magna faside ostos atque araxem.

Iterum de eodem CA. VII

Hircania dicta est a silua Hircana: que scythie subiacet. Est aut siluis aspera: copiosa in animalibus feris tigribus patribusque & pardis. Vnde Virgilius. Hircaneque admouent vbera tigres. Albania est a candore populi nuncupata eo quod albo crine nascantur. Huic terre canes ingentes sunt tanteque feritatis ut thauros premant: leones piment. Armenia vocata est ab armeno iasonis thessali comite: qui amissio rege iasone: collecta multitudine eius que passim vagabatur: armeniam cepit: & ex suo nomine nuncupauit. Sita est aut inter thaurum & caucasum a capadocia usque ad calpium mare protensa. habens a septentrione ceraunios montes: ex quorum collibus tigris fluminis nascitur: et in quibus montibus archa post diluuium sedisse prebentur. Duplex est aut armenia: superior & inferior: sicut due panonie. Hiberia regio est asie prope pontum armenie iuncta. In hac herbe tinctorie vtilis nascuntur. Capadocia urbs propria noiauit: bec in capite syrie sita. Terra eius ante alias nutritrix est equorum. Elis amnis per eam fluit qui quondam lidie regna disiunxit a persis. CA. VIII

De Asia minori & eius puinciis.

Asia minor ab oriente capadocia cingitur. Ab alijs partibus vndique mari circumdata: nam a septentrione pontum eorum habet. Ab occasu prope pontum: a meridie egeum mare. habet puincias bitiniam: frigiam: galaciam: liddiam: cariam: pampphiliam: ysauriam: liciam: atque ciliciam: Bitinia in ponti exordio ad partem solis orientis aduersa traciam iacet multis antea noibus appellata. Nam prius bericia dicta: deinde migdonia mox a bitinio rege bitinia nuncupata est. Ipsa est maior frigia. Nicomedia urbs in ea est ubi banibal fugiens veneni haustu animam expirauit. Galacia dicta est a priscis gallos gentibus a quibus extitit occupata. Nam galli in auxilium a rege bitinie euocati regnum cum eo pacta victoria diuiserunt: sicque deinde grecis admixti primam gallogreciam: nunc ex antiquo gallos nomine gallatbe dicuntur & eorum regio gallatia nuncupatur. Frigia dicta est a frigga europis filia: bec est dardania a dardano iouis filio dicta: de quo Homerus ait. Quem primus genuit celesti iupiter arce. Hic enim perfectus de corintho ciuitate primus venit in frigiam. Est aut regio troadis subiecta. Huius regio troia est quam ex suo nomine appellauit tros troyanorum rex ganimedis pater. Due sunt aut frigie: maior & minor. Maior frigia smirna bium: minor vero iliolum: licaonia. Cariam geremus fluminis discernit a frigiam. Liddia sedes autem regnum quam pactoli vnde extulit in diuitias torrentibus aureis bec antea meonia dicebatur: Que dum pro breuitate

te duos fratres reges liddum & tyrenum ferre non posset: hinc ex sorte tyrenus cum ingenti multitudine profectus: loca gallic occupauit. & tyrenam noiauit. Liddia autem a liddo rege fratre qui in prouincia remanserat cognominata est. Coniungitur autem minori frigie ab occidente. ab ortu smirna urbem habet: quam elles fluuius cingit: cuius campos pactolus & geremus circumfluunt barenis aureis ditissimi. Pampphilia cilicie sociatur: cuius vltima Phaselis: debinoque licaonia que ab illa parte que galatia continua est habet ciuitates quattuordecim. Isauria ex situ loci prebentur cognominata quod vndique apta aurum flatibus pateat. Metropolim urbem seleuciam habet. Cilicia a cilicie quodam nomen traxit: quem ortus fenice dicunt antiquioremque ioue fuisse asserunt: plurima iacet campis: recipiens ab occiduo Liciam: A meridie mare creticum: A tergo montis thauri iuga. Hac cidnus amnis interfecat matrem urbium habet tharsum. In ea & choriscos oppidum est: vnde crocum plurimum & optimum venit spiramine flagrantiori & colore aureo. Licia nuncupata que ab oriente adiuncta cilicie sit. Nam habet ab ortu ciliciam. Ab occasu & meridie mare: A septentrione cariam: ibi est mons cadmus qui nocturnis estibus ignem exhalat: sicut in Sicilia etna & veseuus in campania.

De europa et eius regionibus CA. IX

Europam ad europam stilus vertendus est Europa quippe Agenoris libie regis filia fuit: quam iouis ab affrica raptam cretam aduexit: & partem terciam orbis ex eius nomine appellauit. Iste autem est Agenor libie filius ex quo & affrica fertur cognominata. Vnde apparet prius libie accepisse vocabulum: postea europam. Europa autem in terciam partem orbis diuisa: incipit a flumine tanay descendens ad occasum per septentrionalem oceanum usque ad fines hispanie: per orientalem & meridianam a ponto conuersus surgens tota mari magno coniungitur: & in insulis gades finitur. Prima europe regio est scythia inferior: que a meotidis paludibus incipit inter danubium & oceanum septentrionalis usque ad germaniam porrigitur. Que terra generaliter propter barbaras gentes quibus inhabitatur barbarica dicitur. Huius parte prima alania est: que ad meotidas paludes pertingit: Post hanc daciam ubi & gothia. deinde germania ubi plurimam partem sueui incoluerunt. Germania post scythiam inferiorem a danubio inter renum fluuium oceanumque conclusa cingitur a septentrione & occasu oceano. ab ortu vero danubio: a meridie reno flumine dirimitur: terra diues virium ac populis numerosis & immanibus. Vnde & propter fecunditatem gignendosque populos germania dicta est. Gignit aues byrcanias: quarum penne nocte placent. Viscentes quoque feras & vrsos atque alces parturit. Mittit & gemas crystallum & succinum: callaicum quoque viridem & ceraunium candidum. Due sunt germanie: Superior iuxta septentrionalis oceanum. Inferior circa renum. Pro